



Zur
Gräfl. vom Hagen'schen
Majorats - Bibliothek



MÖCKERN
gehörig

N^o **1396**

00



28
**IEHOVÆ
MAIESTAS ET BONITAS
SVMMA,**

TELLVRIS NOSTRÆ ATQVE SYSTEMATIS
HVIVS VNIVERSI PIA ET SOLLERTI
CONTEMPLATIONE

AMPLIFICANDA ET VENERANDA;

ACTV ORATORIO,
A LYCEI NEO-BRANDEBVRGENSIS
CIVIBVS ALIQVOT,

A. O. R. MDCCXXXI.

DIE XXVII. ET XXVIII. NOVEMBR.

A MERIDIE HORA II.

DEO IUVANTE ILLVSTRABITVR.

AD QVORVM DECLAMATIONES ET COLLOCVTIONES
BENEVOLE AVDIENDAS

MÆCENATES ET PATRONOS
AMPLISSIMOS ET SPECTATISSIMOS,
LYCEIQVE ET LITTERARVM FAVTORES

SINGVLOS,

PRÆMISSA COMMENTATIONE

DE COMETIS,

EA, QVA PAR EST, OBSERVANTIA

INVITAT

DANIEL FINCKIVS, BRANDEBVRGENSIS,
LYCEI PATRII RECTOR ET BIBLIOTHECARIVS.

BRANDEBURGI, apud IOH. ERNEST. WOHLFELD. Bibliopol.



DEO FAVENTE.



Postquam anno præterito, in programmate, *de cæli in hæc inferiora dominio*, disserui, probabile videri, quod per materiam magneticam, qua omnium corporum huius vniuersi axes, situs & motus contenduntur, (a) Telluris nostræ atmosphæra a planetis, (superioribus præsertim, atque in eorum & solis oppositione maxime,) adfici, aërisque ita libramentum tempestatibus ciendis varie conturbari queat: (b) accidit, vt viri quondam eruditionis laude

in Academia Vitembergensi illustres, D. Ambrosii Rhodii, Medicinæ ac Matheseos Professoris, litteræ ad D. Joach. Garcæum, Diœcefeos Neo-Brandenburgicæ Superattendentem, de comete a. c. MDCXVIII. per aliquot menses conspicuo, *εξ ἀποσαρωμάτων* quasi, in lucem protraherentur. Quæ quidem per scriptionis compendia calamo fugiente ita erant exarata, vt versuum pæne singulorum Labyrinthi filo Ariadnæo opus habere, atque per artem characteristicam vix explicari posse viderentur.

Enim vero antiquitatis studium, D. Rhodii nomen inter Philosophos sui temporis haud obscurum, (c) atque argumentum huius litterarum commercii maxime arduum, tantum excitauit animi ardorem, vt, ope amici coniunctissimi, (d) impedimenta lectionis grauissima feliciter superarem.

Quo factò, litteras dignas existimaui, quæ obliuioni sempiternæ eriperentur, atque, piæ & iucundæ meditationis, *de cæli in hæc inferiora dominio*, continuandæ causâ, hoc programmate publice recenserentur. Quod vt lectori antiquitatis rerumque naturalium studioso, atque stupenda *supremi omnium rerum auctoris & moderatoris* opera pia reuerentia animoque demisso admiranti, non displiceat, fore, confido.

Quem

- (a) Herrn Geh. Rath Wolffens Vernünftige Gedanken von den Wirkungen der Natur. cap. 10. §. 382. p. 603.
- (b) Sturm. Colleg. Curios. p. II. p. 231. Barthii Phys. gener. cap. I. sect. III. §. 12. p. 42.
- (c) Auctoris scripta adhuc restant, a Morhofio, Polyhist. Tom. II. lib. I. cap. II. §. 7. lib. II. cap. VI. §. 6. lib. IV. §. 9. aliisque satis commendata: in primis Optica eius, & Dialogus de transmigracione animarum Pythagorica. Hafniæ. 1638. in 8vo.
- (d) Rev. N. R. Schæfferi, Past. Paulin. archærypon ipsum asseruantis in scriniis antiquæ librariæ, ad D. Paul. vulgo, *Liberey*; de qua vid. eiusd. *Einleitung in die Kircheng- und Reformations-Historie der Stadt Brandenburg*, pag. 46. (*)

Quem enim non moueret *μὴτὰ αἰδῶς καὶ εὐλαβίας* rerum cælestium contemplario, gloria & maiestate CREATORIS SVMMI ex iis radiante? (e) Quem non excitaret vox Jesaïæ? mortalium vnumquemque ita compellantis: (f) *Elevate in sublime oculos vestros & circumspicite, quis creavit ista; producens numero istorum copias: singulis nominatim imperat; pro amplitudine virium, quia pollet virtute, omnia ad vnum non deficiunt.*

Itaque quod, Theologi, ingenio atque eruditionis genere omni præstantissimi, (g) religioso desiderio satisfactorius, scripsit Philosophus quondam incomparabilis, sic habet:

Viro Reuerende & Clarissimo, Dn. Joachimo Garcæo, S. S. Theol. D. & Ecclesiæ, Brandsburgicæ Superattendenti meritissimo, Domino ac suatori suo singulariter honorando.

Salutem & felicem annum.

Litteras tuas, Vir Reuerende & Clarissime, fautor plurimum honorande, hesternæ, vespera accepi, quæ vel ex subscriptione primum visæ, tanto mihi erant gratiores, quanto mihi parentis clarissimi opera mathematica (h) sunt commendatiora. Lectæ, autem nonnihil displicebant, quod de corpore illo mundi lucido, caudato, motuque communi & proprio mobili, hæctenus paulo ante ortum solis, nunc vero per totam fere noctem, conspicio, ea petebant, de quibus prudens quisque mathematicus ante ipsius distributionem non facile pronuntiabit. Sed religioso R. T. D. proposito seruire non recusans, hoc fere ad quæstia accipi velim. Natura illius (loquar physice) non nisi ætherea esse, potest, hoc est, *materiæ & formæ æthereæ*, quam siue ex via lactea, prope quam pleræque huiusmodi novæ stellæ aut cometæ oriri solent, siue aliunde habeat, quod sapienti igno- rare licet, nostrum non est curiosius inuestigare. Ortus initium mihi est ignotum, nisi, quod iam tandem multi, & alii quidem *vesperi post occasum*, alii *mane ante ortum solis*, eundem se dudum vidisse affirmant. Ego tandem 21. Novembris mane hora quarta vidi, & die sequente Sextante quinque cubitorum observaui; iterumque 24. a quò tempore,

A 2

propter

(e) Psal. XIX.

(f) Jcf. XL, 16.

(g) D. Joach. Garcæus, antequam sacrorum Neo-Brandenburg. antistes constitueretur, in Academia Viadrina fuit Professor Græcæ linguæ, & tum Superintendentens & Pat. prim. Sorav. dignissimus, præter τὰς αἰετὶς τῆς πίστεως a celebratissimo Cleselio illo Cardinali, Matthiæ Imperatoris ministro rerum primario, tamquam amplissimæ eruditionis penus, ex colloquio MDCXI. cum ipso instituto, summa in admiratione habitus. Vid. Grosser's Lausatz, Merckwürdigk. P. II. p. 29. und 82. M. Casp. Gottschlings Historische Nachricht von denen Superintendenten pag. 24. 26. vbi XXXVII. eius scripta recensentur. p. 30-33.

(h) Joannes Garcæus, S. Theol. D. Superintend. Neo-Brandeb. scripsit de erigendis figuris cæli, verificationibus, reuolutionibus & directionibus, ed. Vitemb. 1756. Meteorologiam, ib. 1768. Astrologiæ methodum. Basil. 1776. Tres tractatus de tempore Vitemb. 1763-67. Quas lucubrationes Theologi astronomicas & diuinatorias in Bibliotheca Garcæana ad D. Catharin. a PATRONIS rei publicæ nostræ custodiæ mæ commissa, videre licet. Scriptorum eius reliquorum numero 32. catalogum vid. in M. Casp. Gottschlings Nachricht von denen Superintendenten, pag. 7-16.

„propter nebulosum aërem, vix semel 26. die mihi, sed cum abessem peregre, venit in
 „conspectum. Verum hoc mane cælum iterum fuit serenum, vt eundem iterum probe
 „mihi obseruare licuerit. Ex quibus paucioribus obseruationibus id liquet, ipsum ex
 „vicinia lancis boreæ, per genu Bootis dextrum, iam peruenisse ad istas contiguas in dorso
 „Bootis, quibuscum proxime fuit intra dimidium gradum coniunctus hodierna Vltima matutina
 „(intra hoc decendium itinere 28. graduum in proprio circulo magno peractio.) Qui ipsius
 „motus tam regularis ipsum non ita bene Φαινόμενον Aristotelicon, ex exhalationibus
 „natum, sed æthereum, intra regiones planetarum in æthere vi omnipotentis VERBI
 „natum & suspensum, clamat. Secundum autem planum orbem, vt T. R. D. loquitur,
 „in quo Ecliptica est, 24. Nouembris fuit in 3. gradu Scorpii, & iam in medietate libræ,
 „atque ita huius respectu, quasi retrogradus, si modo vnquam fuerit directus, quod
 „verosimile non est, incedit. Hoc ipso die eius cauda in locum a sole auersum, sub
 „cælo æthereo, sesqui-signum, seu aliquid ultra 40. graduum longitudinem extat. De
 „ipsius a Terra distantia nondum certi quid affirmare habeo. Hæc scio proposito R. T.
 „D. fore sufficientia. Quæ enim de significatione quæruntur, nolo ego ex domiciliis
 „astrologicis curiose, aut impie magis, quærere. Vos in vestris mandatis quæ habeatis,
 „melius nouistis. Pii diuinitus moniti, precibus Deum vincent; victi peribunt impii.
 „Interim qui ex vobis tantum de ipsius motu habent notum, multo confidentius ver-
 „bum Domini ad populum loqui possunt. Si enim Spiritu Domini acti concionatores
 „loquuntur: veritatem, non coniecturas ipsos loqui decet. Hæc vltro iisdem scripsissem
 „verbis, etiamsi nouus ille splendor litteras non illustrasset. Sed animum expressit &
 „affectum, quem ipsum tibi gratus premitto, ac R. T. D. diuinæ protectioni com-
 „mendo. Dab. Vuiteb. 3. Xbr. Ao. 618.

R. T. D.

obseruantiff.

Ambrosius Rhodius, D.

Quod rei caput est, hac epistola primum exponitur *sideris crinitii ap-
 paritio* MDCXVIII. sub autumnum facta, deinde *Garcai animus & scopus*,
 amici consilium sibi expetentis, tum *cometæ natura atque affectiones*, postremo
auctoris de eius significatione sententia.

Apparentis ostenti per tot anfractus circumducta descriptio mira quidem
 videtur; quippe exaggerato dicendi genere cum reliquis epistolæ partibus
 plane inæquabilis, atque a stilo epistolico remissiore & expedito non minus
 abhorrens, quam ad definitionem, accuratatione philosophica exhibendam, si
 is forte animus fuisset, inepta: Siquidem *cometæ sunt* (gen. prox.) *stellæ
 errantes* circa solem, (diff. ipec.) sine æquali sibi que constante virium cen-
 tralium libramento: lucida autem corpora non sunt per se, sed opaca; (i)
 splendor porro flagrans, cauda, motus & apparitionis omnino ratio, sunt *modi*,
sue accidentia prædicabilia definiti, adeoque in definitione minus recte
 adhiberentur.

Verum

(i) De comete a MCCCCL. eclipsin Lunæ efficiente vid. Georg. Phranza Hist. Lib. V.
 cap. 21. Riccioli Almagestum nouum Lib. VIII. sect. I. cap. III. p. 7.

Verum orationis nexum & formam curatius perpendenti non erit obsecurum, integras dictæ descriptionis ambages, *de corpore illo mundi lucido, caudato, motuque communi* (k) & proprio (l) mobili, *hactenus paullo ante ortum solis, nunc vero per totam fere noctem conspicuo*, non Rhodii, sed Garcæi verba esse, ex ipsius litteris hic tantum repetita. Garcæus autem ad descriptionem cometæ fusius explicandam, ut opinor, per trabes igneas & dracones volantes, isto auctumno solito frequentiores, (m) eius ab his distinguendi causa, est adductus.

Ad Garcæi, amicum ostenti causæ consulenti, animum & scopum quod attinet, *religiosi propositi* eius mentionem facit auctor; atque manifestum est, Garcæum, tamquam fatorum ex astris interpretem, futura diuinare & præconio solemnî, cum adhortatione ad pœnitentiã, multitudini exponere voluisse. Quod utrum consultum fuerit, nec ne, & quantum videatur habere excusationis, membro quarto & postremo docebimus.

Sequitur itaque membrum tertium, de Cometæ natura atque affectionibus. *Naturam eius esse ætheream, seu materiæ & formæ ætheræ* (n) censet auctor. Qam sententiam plane temere tulisse Philosophus videretur: nisi a motu Cometæ regulari argumentum contra præsumtam Peripateticorum opinionem, de cometarum origine, attulisset his verbis: *Qui ipsius motus tam regularis ipsum non ita bene Φαινόμενον Aristotelicon, ex exhalationibus natum, sed æthereum, intra regiones planetarum, in æthere vi omnipotentis verbi natum & suspensum, clamat.*

Merito, inquam, ex ea parte laudatur Philosophus, quatenus ab Aristotelis, qui falli nescius ceteris credebatur, fallaci auctoritate, duce experientia iudicioque certo se auocari passus, *Tychonis Bræbe* (o) sententiam amplexus est: Cometas non esse meteora, in atmosphæra nostra ex vaporibus Telluris arefactis atque in flammis abeuntibus concreta; verum esse corpora in sublimi-

A 3

(k) Motu communi, diurno sc. vniuersi firmamenti, solis, fixarum atque errantium omnium, ex ortu in occasum; quo per telluris circum axem conuersionem caelum omne 24. horarum spatio circumferri tantum videretur.

(l) Motu proprio, eoque vero, per astrorum ordines directione singulari subinde procedente.

(m) Ricciol. l. c. p. 16.

(n) *ἄιθη* deriuatur ab *ἄθω*, fulgeo, vro, accendo, vnde *ἄθηρα*, serenitas, *ἄθριος*, serenus. De Orphei opinione, quod ex æthere omnia fecerit DEVS, vid. Andr. Rüdigeri Physf. Diuin. lib. I. cap. I. §. 12. De æthere lucis elemento conf. B. Keimbeck. *Göttl. Wahrh. der A. C. Betr.* XIV. §. IX. p. 188.

(o) Progymnasinata Astronomiæ instaurandæ. It. Epist. Astronom. cct.

miore Planetarum περιφορά virtute VERBI CREATORIS producta & suspensa; ut motu sibi constante & directione certa reuolutionum vices inter sidera obirent. Quod iam olim extra omnem aleam posuit Seneca, Natur. Quæst. lib. VII. cap. XXI. XXII. sq. dignus auctor, cuius vestigia meteorologias studiosi hac in causa persequantur.

Ex altera autem parte, ratione materiæ Cometæ eiusque originis, toto cælo errat Rhodius, si quidem *ætheream* statuit *eius materiam & formam*, adeoque naturam penitus omnem: *quam siue ex via lactea, siue aliunde haberet, perinde fore.*

Hoc enim posito atque concesso, solem & sidera fixa mere ætherea esse, quatenus id quidem per maculas solares locum habet: non tamen inde consequitur, ideo prorsus omnia vniuersi phænomena, si modo ex Telluris nostræ exhalationibus non sint orta, esse naturæ æthereæ; quia hæc opinio & persuasio vana nititur paralogsimo contra dictum de omni, atque inductio fit non incompleta modo, sed manifesto falsa.

Quod per instantiam est in aprico; quia Planetis omnibus pariter atque ipsorum Lunis s. satellitibus, natura, s. materia & forma ætherea iccirco non est attribuenda, quoniam ex Telluris nostræ exhalationibus moles ista amplissima non sunt concretæ: datur enim tertium, sc. inter apparentia vniuersi huius adspectabilis præter solem & sidera fixa, (quorum natura est ætherea) & præter atmosphæræ nostræ phænomena, ex vaporazione Telluris orta, adsunt stellæ errantes varii generis, quæ sane sunt naturæ terrestris & mundo cœuæ; ad quorum siderum vagorum genus, stellæ crinitæ, ceu species subalterna, ut Logici habent, h. e. sub eodem genere contenta, omni iure referuntur.

Verum enim vero quantum excusationis habeat Philosophus in ipsa ambiguitate, de nouarum stellarum & cometarum origine ex via lactea s. aliunde το ἐπέχειν satius existimans, quam, in errorum tenebris palpando, eam curiosius inuestigare; id ex fallaci & captiosa Garcæi interrogatione, falsis parentis sui principis imbuti, iudicare licet. Ad quæstionis indolem enim fingi atque accommodari solet responsio.

Vt itaque suspicionem taceam, quam in fine litterarum mouet Philosophi declaratio de domiciliis astrologicis, *nimis curiose aut impie magis ex iis queri*: manifesti sunt errores parentis, Joannis Garcæi, in meteorologia, cap. VIII. p. 18. b. „Causa efficiens cometarum in genere est lumen corporum „coelestium, siue virtus cœli - - - Causa specialis efficiens est terra aliqua „siderum maleficorum coniunctio, vel eorundem atroces aspectus, vel etiam „Eclipsis aliqua in signis infaustis - - - - pag. 19. Specialis efficiens causa

co-

metarum ascribitur tribus infauftis & maleficis Planetis, sc. Saturno, - - - - ,
Marti - - - - & Mercurio - - - - - Cum igitur sunt atroces siderum positus, -
- - - - materiam halituum venenatam contrahi, infici & inflammari, expe-
riencia docet.

Ecce auctoritatem parentis, Doctoris Theologi, vel experientia, tam-
quam principio certo atque exploratissimo, munitam! (p)

Vitium subreptionis in experiundo ab auctore, iudicia discursiva (vt
Philosophi distinguunt) pro intuitiuis, adeoque ratiocinia sua falsa pro ex-
perientia certa venditante, manifesto commissum, cui non apparet? Rhodii
tamen responsum mitiorem in partem interpretari fas esse videtur; qui errores
eiusmodi fatuos sane deestatus, de origine cometarum causam habuit maxi-
me expeditam, quum scriberet: *Sapienti ignorare licet, nostrum non est
curiosius inuestigare.* Eo magis enim fluctuauit sollertis & ingeniosi cuius-
que animus, quo magis obruta præiudiciis reliqua erat vniuersitas, & quo
minus Philosophi, instrumentis & regulis potioribus ad obseruandum necessa-
riis destituti, quæ imaginabantur discernere poterant ab iis, quæ sentiebant.
Quamobrem veritati, sua ætate, satis fecisse videtur Rhodius, ea declaratione:
*fidus crinitum, intra regiones Planetarum in æthere, vi omnipotentis
VERBI fuisse natum & suspensum.*

Ad apparitionis igitur tempus varium nostra pergit commentatio, vbi
auctor: *Iam tandem multi*, inquit, *& alii quidem vesperi, post occasum,*
alii mane ante ortum solis eundem se dudum vidisse affirmant. Ego tandem
21. Nouembris mane, hora quarta vidi &c.

Conferamus hoc loco, quæ refert Ricciolus, Almag. nov. lib. VIII. sect. I.
cap. III. §. 16. Anno 1618. apparuere cometæ tres aut quatuor. *Primus* (*) Au-
gusti die 25. ante ortum solis hor. III. d. 1. Septembr. infra Vrsæ Maioris pedem
anterioriorem sinistrum, in gr. 10. Leonis, cum lat. Boreali gr. 21½ motu retro-
grado; qui d. 25. Sept. circa gr. 28. Cancrî & latit. gr. 23¼ disparuit. *Secundus*
a d. 10. Nouembr. ad 23. Nouembr. *Tertius* a 23. Nouembr. ad 13. Decembr.
in India Orientali & Perside tantum visus. *Quartus* a d. 24. Nov. ad 22. Jan.
anni subsecquentis. Ke-

(p) Ad experientiam prouocans auctor l. c. p. 19. sq. pergit: Vidimus Anno 1656. ante
decennium, mensè Martio, Cometam colore subnigro ac liuido, quem Eclipses
Solis præcesserunt admodum horribiles in Scorpione, signo Martiali, & in Virgine.
Anno enim Domini 1547. facta est Eclipsis [h. e. ante IX. annos, quum defectiones
Sollis & Lunæ singulis annis plures eueniant] in vltimo gradu Scorpîi, nonæ domus,
quæ religioni dicata est. [Risum teneatis, amici.] Mars fuit gubernator - - - -
Ex his & similibus causis cometam illum exaruisse *dubium non est.* Plura eiusdem
farinæ pag. sq. vberius & fufius disputantur. (*) Teste Keplero.

Keplero vel soli, aliorumque testimoniis non munito, ratione cometæ, quem ab Augusti 25. ad Sept. 25. apparuisse refert, fidem non denegamus: nec non eundem solem versus ruisse, lubentes largimur. De secundo autem comete Ricciolus testes quidem adfert plures: sed variæ determinationes in ipsorum effatis obuiæ, nec inter se quidem, nec naturæ cometarum vlla ratione conueniunt; vt Riccioli ipsius iudicio nugæ repugnantes inter se nullius momenti esse videantur. e.g. Cometen in duos diuisum &c. Cometes tertius, in India & Perfide conspicuus, in Europa autem (mirum!) oculorum aciem effugiens, cum extremo, qui a 24. Nou. ad finem Ian. MDCXIX. vniuerso terrarum orbi metum incussit, aperte confunditur. Conf. Ricciol. l. c. cap. XXII, pag. 101. Quomodo autem fiat, vt cometes, re vera vnus, credatur geminus, (veluti *ἑως Φόρος καὶ ἔσπερος* non nisi vna eademque Venus) vide l. c. cap. IV. pag. 23.

Quæ omnia accurata mentis trutina examinanti dubium prorsus nullum superest, integro anno MDCXVIII. non nisi vnum eundemque Cometen visum, a 25. Sept. quidem lumine exiguo & coma minus proluxa ad suum Perihelium vltra solem sub fin. Octobr. obeundum abripi; atque inde, quum ignem a sole proxime conceptum aleret, nouo incendio prorsus conflagramentem, & luce magis radiante caudaque amplissima auctum a Perihelio suo reuerti. Recte itaque Rhodius non cometas hoc anno plures, sed eundem dudum visum fuisse indicauit.

Bailius quidem ille, toto terrarum orbe clarissimus, nescio, quo fatō, asserit in tractatu: *Pensées diuerses sur les cometes §. 56. Anno 1529. quaruor cometas simul apparuisse: anno autem 1618. octo vel nouem numero distinctos fuisse.* Quem librum in linguam Teutonicam verti nuper curauit Gottschedius, omni liberali doctrina politissimus; (q) adhibitis passim castigationibus necessariis, aduersus Pyrrhonismum atque Libertinismum directis, & declaratione sub finem præfaminis adiecta: *So wenig ich nun selbst in allen Stücken seiner Meinung zuthan bin; so wenig verlange ich auch, daß meine Leser ihm in allen Stücken beypflichten sollen.*

Tantum abest, vt errorum, si qui sunt a Bailio commissi, Gottschedius iure possit insimulari; cui nec eorum quidquam a me vitio dari confirmo. Itaque, pace quod fiat Philosophi apud omnes ordines gratiosi, ad suspecta quædam Bailliana sensa mentis explicare non dubito.

Bailius sententiam suam, cometas sc. malorum non esse prænuntios, asserens,

(q) Baylens verschiedene Gedanken bey Gelegenheit des Cometen 1680. mit Anmerkungen und einer Vorrede von Herrn Prof. Gottsched. Hamburg, 1741. pag. 173.

afferens, argumento vitur de ipsorum frequentia, quam vel maxime exaggerare nititur hac persuasione, l. c. p. 172. der Uebersetzung: **Das ist nichts seltenes**, wenn man ihrer zweien in demselben Jahre, entweder in unterschiedenen Monaten, oder in unterschiedenen Stunden desselben Tages zu sehen bekommt. **Man sahe im Jahr 1529. vier auf einmal.** Auf das Jahr 1618. allein werden acht bis neun Cometen gerechnet. *Aspice, quanta Voce neget: Das ist nichts seltenes!*

Ego vero plane in hac causa a Bailio discedo, atque ad Plinii Maioris sententiam abeo, quæ exstat Hist. Natur. lib. II. cap. 25. *Aristoteles tradit, plures [cometas] simul cerni, NB. nemini compertum alteri, quod equidem sciam.* Nemini inquam siderum motus scite spectanti compertum est, quod Bailius non raro accidere lectori persuadet: neque enim hoc factum est anno 1618. vbi sane vnus tantum Cometæ, tempore quidem diuerso, sc. ad Perihelium accedendo ab eoque reuertendo apparuit, vti supra disputauimus; neque etiam factum esse anno 1529. iam notauit Ioannes Prætorius: conf. Ricciol. l. c. cap. II. pag. 9. adeoque fortassis nunquam adhuc accidit, quod minus raro euenire Bailius falso præsumsit.

Ceterum de modo obseruandi per Sextantem aut Quadrantem, Astrolabii pinnulis s. dioptris instructum, cuius ope ad gradus & minutas caudæ amplitudo & capitis cometæ distantia a fixarum proximis, ad ipsius longitudinem & latitudinem inuestigandam, determinatur; item de ratione constituendæ parallaxeos eiusdem, atque distantæ a Tellure cum diametro ipsius tam apperente quam vero, & de ratione describendi circuli eiusdem maioris; scripta eorum, qui dimetiendi cæli præcepta de industria confignarunt, lectori commendasse, satis est.

Neque de motu cometæ regulari, s. ad astrorum ordines s. ad Eclipticam relato, vel directo vel retrogrado, quidquam addere lubet, nisi quod de obseruationibus Rhodii 1718. & 1719. vltierus institutis in Riccioli Almag. nov. lib. VIII. sect. I. cap. III. pag. 18. & 19. relatam legimus: *Ambrosius Rhodius, Medicinæ ac Matheseos Professor, Vuitebergæ obseruare cometam hunc exorsus est die 27. Nouembris [lege 21. Nou.] qui suas tamen obseruationes non pro certissimis venditat; Die vero 14. Decembris caudam sibi visam longissimam vsque ad gradus 60. vel saltem 50. affirmat; quam die 17. contractam ad gradus 30. vidit, sicut & die 19. graduum item 30. ac pertingentem inferiorem sequentium in quadrilatero-plaustri maioris: tandem censuit disparuisse cometam circa diem 12. Ianuarii anni 1619. prope penultimam caudæ Draconis, in gr. 4. Leonis, cum latitudine decrefcente.*

B

Restat

Restat igitur membrum quartum & postremum, *de cometae significatione* quod tribus momentis absolvitur. Explicabimus enim α) Garcaei vanam persuasionem, β) Rhodii piam atque rationabilem declarationem de eo, quod verum est in hac causa, γ) argumentorum quorundam Bailianorum recognitionem, quibus sententiam suam adstruxit, cometas malorum profus neque causam esse posse, neque signum.

Vanam Garcaei persuasionem praeter ea, quae de ipsius consulenti animo ac scopo supra retulimus, arguit ea Rhodii responsio: *Quae de significatione quaeruntur, nolo ego ex domiciliis astrologicis curiose aut impie magis quaerere.* Ioachimus Garcaeus pie magis, quam scienter; vestigia Ioannis parentis sui, pressit, qui interpretem fatorum ex astris agere consueverat, & notato ortu (quem *ἀγοσκόπων* Graeci dicunt) ex natali die hominibus futura diuinare; cuius tractatus de erigendis figuris caeli totus ad hoc compositus est, item Astrologiae methodus.

Repete hoc loco, si placet, quae ex eiusdem meteorologia, cap. VIII. p. 18. de origine cometarum ex tetra fiderum maleficorum coniunctione, vel atroci eorum adpectu, vel eclipsi in signis infaustis, it. de nona domo, religioni dicata, supra not. (p) recensuimus. (r) Cuiusmodi naevias tricasque astrologicas, veluti mirum in modum ridiculas, antiquae tamen simplicitati religioni habitas; optime expressit Bailius l. c. §. 17. p. 44-48.

Quantum autem excusationis Garcaei errori pariter atque religioso proposito sit concedendum, eius declarandi causa magis accommodatum quid adferre nequeo, quam sententiam Gottschedii, æquissimi aestimatoris & iudicis in hac causa. (s)

Felicius

(r) M. Casp. Gottschlängs Historische Nachricht von denen Superintendenten p. 14. Es hatte der Auctor [Joh. Garcaeus] dem Land-Grafen von Hessen [Wilhelm IV. dem Weisen, in seinem Buche, Astrologiae methodus] das nativitar gestellet und ausdrücklich gesetzt: Er würde nicht länger, als XLVI. Jahr, IX. Monat, I. Tag, XXII. Stunden und XL Minuten leben. Als der Land-Grafe das Buch zu sehen bekam: so schrieb Er zu dieser Rechnung mit eigener Hand und unter seinem Nahmen aus dem XXXI. Psalm v. 16. diese Worte: Meine Zeit siehet in Gottes Händen, und diese trafen besser ein. Dann Er starb erst XV. Jahr nach dieser Weissagung, im Jahr 1592. den 25. Aug. im LX. Jahr seines ruhmvürdigen Alters.

(s) In notatis ad Bailii Gedanken von den Cometen §. 3. p. 6. Wer will es den vormahligen Kirchen- Lehrern übel nehmen, daß sie zu der Zeit, als weder die Sternkundigen, noch die Weltweisen, noch die Geschichtschreiber und Poeten von den Cometen etwas bessers wußten, als daß sie Unglücks-Boten wären; sich eben dieser Vorstellungen bedienen haben, ihre Gemeinen zur Besse und Gottesfurcht zu führen? Was alle Welt glaubte, das konnten sie ja auch annehmen, und zu ihren guten Absichten brauchen.

Felicitus sane & verus sententiam suam interposuit Rhodius: *Vos in vestris mandatis que habeatis, melius nouistis - - - Si spiritu domini acti concionatores loquuntur: veritatem, non coniecturas ipsos loqui decet.* In medio tamen relinquit quæstionem ipsam, vtrum cometes mali epidemici siue causâ sit, siue signum, nec ne? omni cautione adhibita iudicium ferens: *Pii, diuinitus moniti, precibus DEVM vincent, victi peribunt impii.*

Iam vero operæ sane pretium est, vt argumenta quædam in causâ tam ardua recognoscamus, ex quibus de re ipsa aliqua saltem ex parte probabile iudicium ferre liceat. Quin vitio atque improbitatis nota ea animi infirmitas est contaminata, qua homines stupenda diuinæ sapientiæ, potentiæ, bonitatis atque iustitiæ monumenta, leuissima ratione solent præteruolare: *εις τὸ εἶναι αὐτὰς ἀναπολογίτης.* Rom. I, 20.

Ab historicis quidem & Patribus relatum legimus, quando cometæ terribili incendio proximiores fuerunt terrarum orbi, adeo vt cæli pars amplior conflagrare videretur, cunctisque ostenti obseruatoribus metus incuteretur, tum aut summas in imperiis maximis reuolutiones, aut siccitatem, famem & pestilentiam longe lateque humano generi imminuisse. Quod si fides historica non omnibus pariter & sine discrimine deneganda; ex tribus erit vnum: aut harum calamitatum saltem ex aliqua parte causâ fuerunt cometæ; aut sane earum signum fuerunt, ab eadem causâ cum iis pendens; aut fortuito cum iis coniunctos fuisse, verum est.

Bailius, membrum extremum adfirmans, neruos intendit omnes, vt membra priora non habere locum rationibus suis allatis euincat. Qui nisi ingenii fecunditate rem egisset magis, quam iudicii grauitate; ad eius partes sine dubitatione forsân esset abeundum. Enim vero in causis naturalibus & philosophicis, quia oraculum hominis, quasi falli necii, religioso cultu reuereri haud fas est, argumenta curatius circumspicere atque ponderare verum arbitramur.

Poëtis, historicis & antiquitatis traditioni fidem tantum non omnem præcidit Bailius; quasi narrata historicorum fidei non nisi sublestæ in rebus naturalibus esse queant. Atque nec nos quidem perniciosi cometarum influxus experientiam cuiquam assignamus; a vitio subreptionis in experiundo nobis cauentes: verum cometas apparuisse, & calamitates euenisse, satis est; quod tandem concedit auctor p. 16. §. 5.

Traditionem tamen ipsam de cometarum infausto omine, historicorum & poëtarum omnium ætatem satis longo interuallo superare, adeoque non tam fictionibus istorum phaleratis, nugarumque lenociniis atatis fabulosæ niti;

quam primæ ætatis, (litteratoribus incognitæ) aut experientia aut communi consensu, id Homerus euincit, omnium antiquissimus. Qui, quantum ego quidem legisse memini, cometarum ostenta velut belli signa apparuisse, nusquam sane in opere vasto, & portentis alias fatis referto, commentatur. Hæctoris autem velocitatem aut Mineruæ apparitionem cum sidere eiusmodi vago comparans, idem appellat *τίγας*, ostentum cæleste tremendum, (τ) (Aðor. II, 19. *Τέγαρα ἐν τῷ ἔθανῳ ἄνω, καὶ σημεῖα ἐπὶ τῆς γῆς κάτω*) ἀπὸ τῆς *τρέειν*, terreri & tremere; atque etiam *ἄλιον ἀστέρα*, sidus perniciosum. (v)

Dolenda sane est antiquissimæ veræ traditionis iactura, in causis non prorsus leuissimis. Adfunt nomina rerum: sed facta, vnde ortum traxere, ignorantur. *לכב*, Ebræorum November, deriuatur a *לכב*, stella errans. (Vitring. Comm. in Jes. cap. XIII, 10. p. m. 406. edit. Basil.) casus tamen ille sideris vagi, adeo notabilis, vt mensi nomen mutaret, nostratibus pariter atque Iudæis, quantum ego quidem scio, est incognitus.

Iam quidem Bailius, vt maiorum traditionem pessum dedit, ita ex silentio diuinæ reuelationis argumentari annititur, cometas nullius plane mali esse, aut esse posse prænuntios l. c. §. 54. pag. 169. Ego vero in sacris pandectis omnino reperio, vbi DEVS summorum imperiorum euersiones minatur, quibus reipublicæ sacræ, veræque religionis fata innexa; inter eiusmodi iudiciorum signa referri sidera vaga, stupendo lapsu & terrore inferiori mundo imminencia.

Taceo locum Apoc. VI, 13. nec ad oracula prophetarum Vet. Test. similia pronoto; ne quis a sensu proprio & grammatico iure recedere videatur ea *περοφάσει: quod Theologia parabolica non sit argumentatiua.* (x) Sed vel
vnicum

- (t) Hom. Iliad. Δ. v. 74. sq. Minerva de cæli sublimitate delapsa. Quale sidus demittit Saturni sagacissimi filius, ostentum vel nautis vel exercitui popularum amplissimo; splendidum, ex quo scintille plurimæ emittuntur. Huic similis delapsa est in terram Pallas Athene.
- (v) Hom. Iliad. λ. v. 61. sq. Hæctor inter primos ferebat scutum - - - *Qualis ex nubibus apparet stella perniciosâ, omnia illustrans: mox rursus occultatur nebulis obductis. Sic Hæctor interdum inter primos conspectus est, interdum autem inter extremos imperans.*
- (x) Confer tamen interpretis sacrarum litterarum exercitissimi, R. Langii Gloriam Christi Apocalypticæ-propheticæ, Tom. I. ad Apoc. VIII, 10. sq. pag. 98. §. I & §. III. qui sensum proprium esse retinendum de meteori igniti materia venenata, & pestilentia ex aère & aquis veneno infectis oritura, atque de siderum obscuracione ad tenebrarum proprie sic dictarum plagam referenda, ita confirmat, vt causâ alias adeo obscura claris argumentis signisque luceat.

unicum effatum ΤΟΤ ΛΟΓΟΤ sapientissimi veracissimi adferam, qui stilo plano, ampullas omnes & sesquipedalia verba prorsus respuente, dixit: Matth. XXIV, 29. *οἱ ἀστέρες πρῶνται ἀπὸ τῆ ἕρανῶ, & Marc. XIII, 25. οἱ ἀστέρες τῆ ἕρανῶ ἔσονται ἐκπύπτοντες.*

Quoniam scilicet a gentibus antiquissimis in oriente cometa in numero stellarum errantium sunt habiti, quod Apollonius Myndius, Chaldaeis magistris vsus, adfirmat: (y) ideo apud Hebræos atque Chaldaeos nomine specialiori, quantum mihi quidem compertum est, non fuerunt insigniti. Exstat sane vox כוכב, quæ ad sententiam Vitringæ Jes. XIII, 10. stellam errantem notat in locis, ubi sidera vaga a fixis ex opposito diserte distinguuntur. (z) Ceterum autem ubique terminus generalior כוכב & ἀστὴρ s. ἀστρον adhibetur; vti Gen. I, 16. Ex epithetis vero e. g. τῆ Φαινομένης ἀστέρος, Matth. II, 7. stella noua, ad tempus tantum apparens, aut ubi dicitur ἀστὴρ πρῶνός Apoc. XXII, 16. aut ἀστέρες πλανῆται Jude. v. 13. certa species, vel etiam *ex prædicato* subiectum, hoc est *ex lapsu* genus proximum stellarum errantium, sigillatim vero, inter errantes, species infima cometarum, non minus tuto quam facile internoscitur.

Huc accedit, Theologos, qui vniuersæ ecclesiæ euangelicæ consensu habentur ὀρθοδοξότατοι, vrgere, sensum proprium hac in causâ non esse defendendum. Consule incomparabiles eruditione solida, pietate vera, meritis summis, Viros, DORSCHÆVM, (aa) DANNHAWERVM, (bb) HVNNIVM, (cc) & LVTHERVVM, in Postill. Dom. II. Aduent. de eclipsibus prorsus supernaturalibus & prodigiis, qualis fuit, quæ Passionis tempore contigit. in BAI-ERVM in Theol. Posit. Part. I. cap. X. §. 3. not. g. p. 457.

Bailius itaque prorsus negans, l. c. §. 54. pag. 169. DEVM de eiusmodi signis, fatorum prænuntiis, in reuelatione sua mentionem fecisse, suspicionem mouet haud leuissimam, ipsum ignorantia non nisi simulata, per sarcasum detestabilem, sacris litteris illuisse: idque eo magis, quod a criticis eius criminis

B 3

(y) Senec. Nat. Quæst. lib. VII. cap. III. p. m. 778.

(z) Jes. XIII, 10. Amos V, 8. Job. IX, 9. XXXVIII, 31.

(aa) In comment. Matth. XXIV, 29. Cur metaphorice illa verba explicemus, cum nulla nos cogat ratio? Luc. XXI, 25. dicuntur signa futura esse non in Judæis, sed ἐν ἡλίῳ, σελήνῃ καὶ ἀστροῖς. p. 372-374.

(bb) Hodosophiæ Phen. VIII. p. 578. Torius vniuersi supra nos, infra nos, concussio visibilis: ὅταν ἴδητε ταῦτα γινόμενα, Luc. XXI, 31. non igitur figurate futura.

(cc) In Comment. ad Matth. XXIV, 30. de stella insolita, signo Filii-hominis in aduentu utroque.

minis reus dudum factus est. Cuius quidem rei iudicium lectorum perspicacia & probitati integrum relinquimus. (dd)

Iam vero rationibus opus est, a siderum crinitorum natura ac motu petit; ex quibus argumentari liceat, vtrum cometas in atmosphæra nostra ipsaque Tellure effectus notabiles edere possent, probabile sit, nec ne. Quod si Baillius principiis veris & certis de cometarum natura & motu sane fuit destitutus, (quod curatius rem circumspicienti non est obscurum, atque Gottschedius, a studio partium alienus & veritatem, omiſſis auctoritatibus, ipsa re & ratione exquirens, ingenue fatetur:) (ee) ex principiis certitudine & veritate casus non nisi minus firmæ conclusiones deriuari poterant.

Verò simile itaque non esse, sibi persuasit Baillius, cometas quocunque ratione terrarum orbem adficere posse. Quum enim telluris atmosphære sublimitas 3. aut 4. lapidum sive milliarij spatio determinetur, eiusque vires vel ad 30. milliaria minime procederent; rationem adferri non posse arbitrat, quare per infinitas milliarij myriadas, immense intercapedinis, comete vires exfererent. l. c. §. 9. pag. 25. 26.

Dari vires corporibus mundi a CREATORE impressas, quæ ipsorum atmosphæras stupenda longinquitate superant, ex principiis cosmologiæ physicae notum est. Corpora mundi enim locum & spatium mutuo sibi determinant. (ff) Per sapientissimam DEI prouidentiam fixa firmamenti sidera sibi inuicem esse alligata quasi & cohærentia, vox רשך; atque errantium pariter stellarum syzygias & περισπασµς non sine mutua attractionis nisu fieri, vox משיכה arguit, in oraculo, Jobi XXXVIII, 31. Idque ex viraque parte mutua grauitationis quodam libramento & virtute materiæ magneticæ effici, rerum naturalium doctoribus compertum est. (gg)

Quod

(dd) Poireti Fides & ratio collata. pag. 30. Dum rationem videtur suppressere velle [Baillius], vt fidei soli detur locus, hanc potius pudendum in modum derisit & proculcauit, vt alteram omni molimine in altum eueheret. Walchii parerg. Academ. Hist. Logic. p. 726. ci. Philosoph. Vericon, Art. Freyheit zu gedencen. p. m. 1015. sq. ib. Art. Scepticismus, p. 2188.

(ee) §. 205. der zufälligen Gedanken von der Beschaffenheit der Cometen not. 67. pag. 737. Herr Bayle hat die beste und neueste Meinung von den Cometen noch nicht gewußt, als er dieses geschrieben hat. Es ist diejenige, die von den Engländern Newton und Halley erfunden und erkläret, auch von dem Whiston in seiner neuen Betrachtung gebraucht worden.

(ff) Reinbeck's Abfertigung der Zufälligen Gedanken eines Anonymi, 3. Probe §. 6. p. 49. sq.

(gg) Gottsched Gründe der Weltweisheit part. I. §. 584. pag. 316. Newton. princip. philof. natur. Halley transfection. philof. Grauesande Physices Element. mathemat. lib. IV. cap. XI. sqq. §. 127. sqq.

Quod si enim motus Saturni eiusque satellitum, siue Lunarum, in syzygiis Iouis, longo quidem interuallo iis proximi, attractionis effectu notabili turbatur; (hh) & lunæ motu pariter æstuum marinorum accessus & recessus in tellure nostra moderantur, (ii) vt ancillante fidere, trahenteque secum auido haustu maria; (kk) atque inductio ex his singulis collatis ad vagorum siderum speciem omnem recte valet, ea omnia mutua grauitatione ad se inuicem contendere: (ll) ideo re vera quoque cometæ, tamquam sidera vaga, (mm) Lunam atque Mercurium etiam molis amplitudine superantes, adeoque vel Marti pæne æquales, (nn) & terræ quandoque Luna ipsa propiores, (oo) immò vel ipsam telluris orbitam permeantes, (pp) vi mutux grauitationis, in transitu, terræ motum turbare, (qq) eamque modo solem versus impellere, modo a sole longius remouere, nec non æstuum marinorum incrementa stupenda aut crebras commutationes possunt efficere; (rr) immo in vniuersum ex concursu ipsorum proximiorum effectus grauissimi rerum naturæ euenire queunt. (ff)

Præter istud grauitationis attributum commune notanda sunt pariter attributa cometarum propria, quod scilicet mouentur sine æquali sibi que constante virium centralium libramento, (tt) quod aphelium habent longe vltra Saturnum & perihelium citra Mercurium, (vv) quod habent atmosphæras perpetuis nimbis & nebulis stipatas & circumfusas, (xx) quod euaporationes subtiliores ratione naturæ & copiæ eiusmodi incendii sunt patientes, vt typhonis stupendi violentia immensæ longinquitatis spatio per caudas cometarum queant propulsari, (yy) quod tandem ipsum cometarum chaos est habile & aptum ad ignem penitus concipiendum, flammisque longo tempore alendas & diffundendas. (zz)

Ex his attributis sane emergunt modi & effectus cometarum extraordinarii atque stupendi prorsus. Obseruantur enim ob frequentes exhalationes omnino nebulosi & caliginosi, vbi solem versus tendunt; vnde iusto iudicio liberrimæ diuinæ omnipotentix factum esse videtur, tempore diluuii istius vniuersalis, vt vis aquarum, cometæ atmosphæram nimbis stipans, concursu proximiorum pluuiis & imbris continentibus in atmosphæram nostram prorumperet, &

(hh) Grauefände I. c. (ii) Cic. de diuin. lib. II. (kk) Plin. Hist. nat. lib. II. c. 97.
 Gottsched Gründe der Weltweisheit §. 672. sq. (ll) Grauefände I. c. §. 1218.
 (mm) Gottsched I. c. §. 572. 573. (nn) idem not. 37. ad Baylens Gedanken von den
 Cometen pag. 178. (oo) idem in den Gründen der Weltweisheit §. 574. pag. 310.
 (pp) §. 578. (qq) §. 584. (rr) Luc. XXI, 25. ἡχέσσης θαλάσσης καὶ σάλας.
 (ff) Gottsched I. c. §. 584. (tt) §. 578. (vv) §. 579. (xx) §. 585. (yy) §. 580.
 (zz) §. 581.

&, cum maxima vsque quaque rectorum frage, hominumque & pecorum inter-
necione miserabili, vniuersum terrarum orbem inundaret & deuastaret. (a)

Exustionibus autem terribiles cometæ apparent, quum a sole reuertuntur,
vbi caudarum amplissimo tractu maior pars cæli conflagrare videtur. Atque
fieri potest omnino, tempore, quod PATER sua omnipotentia constitutum
habet, Act. I, 7. vt per ἐκπύρωσιν cometæ a sole retro volantis flammam con-
cipiant cælum & terra; siquidem sunt τεθησαυρισμένοι καὶ πυρὶ τηρέμενοι εἰς
ἡμέραν κρίσεως, ἐν ἧ ὁ ἄρανοὶ βροχιδὸν παρελεύσονται, φοιχῆα δὲ καυσόμενα
λοθήσονται, καὶ γῆ, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ ἔργα κατακαήσεται, ἄρανοὶ πυρέμενοι
λοθήσονται, καὶ φοιχῆα καυσόμενα τήκεται. 2 Petr. III, 7. 10. 12. Omnipotentia
enim atque iustitiæ diuinæ liberum manet omnino, quod per misericordiam
sapientissimo consilio vel sæcula plurima declinatur. (b) Sap. XVI, 24. Sirach.
XXXIX, 33-37.

Quod reliquum est, contra dubia Bailiana (c) sententiam ferre non ambigo,
per caudas cometarum non lucem radiorum solarium puram sine alteratione
propagari; sed, vt in iuniperis, conflagrantibus fieri obseruamus, quum lentos
vapores est flamma tenuis, ex medullis impetu certo & sibi constante proflata;
ita cometarum quoque phlegethonteos halitus ad partem gelidissimam, (d) h. e.
a solē auersam incendiū impetu maxime rapi. Quorum copia immensa pane
& incredibilis infinito fere caudarum syrmate & vltra quam æstimari potest
quandoque diffunditur. (e) Cuiusmodi exhalationibus, pariter atque in auri-
ficinis aut vitriariis officinis vel clibani siue vstrinæ cuiusuis prafurnio, aërem
veneno lento & tabido infici posse, dubium non est: (f) qui quidem effectus
vaporum

(a) Gottsched I. c. §. 611-618. Conf. M. Krügers Natur • Lehre §. 644. pag. 737.

(b) Neibek Augsp. Conf. XIV. Betr. §. XXXVI. Wenn wir den wunderbaren Lauf der
Cometen betrachten, davon man zuweilen bemercket hat, daß sie der Erden näher kom-
men sind, nicht nur als Jupiter und Mars, sondern auch selbst als der Mond, da
dann solglich ein solcher Comet die Laufbahn gedachter Planeten durchschneiden muß;
so ist GOTTES Weisheit um desto mehr zu bewundern, daß er gleichwohl alles so
eingrichtet, daß ein Comet niemahls einen andern Planeten in seinem Lauf berührt.

(c) §. 10-12. pag. 26-28.

(d) M. Krügers Natur • Lehre §. 369. pag. 454.

(e) Vti cometæ anni 1618. caudam per spatium 382700. milliarium germanicorum pro-
nensam fuisse rationibus expeditis docuit Cyfarus ille cæli siderumque peritissimus;
Ricciol. Almag. nou. lib. VIII. sect. I. cap. IV. n. VIII. p. 25. & caudas cometarum
anni 400. 1472. & 1543. ad terram vsque pertinere visas, relatum legimus I. c. n. VII.
Quod equidem fieri posse tantum contendo.

(f) S. Augustinus certe de eiusmodi phænomeno, anno 396. Constantinopoli viso, con-
firmat, horrendæ flammæ nec odorem sulphuris defuisse. lib. de excidio vrbs.

vaporum grauitati specificæ, refrigerando aggrauescientium, quum extra limites concitati, postliminio quasi intercluso, alienam atmospharam perrumpunt, non magis, quam typhonis eos deturbantis directioni, iure assignari viderur. (g) Atque eiusmodi extraordinaria & præternaturali rerum commutatione, aërisque alteratione, pernicies iis locis maxime parari potest, quorum cælum præ ceteris ad contagiones alendas, aut solum ad sterilitatem maxime est procliue.

Quodsi autem cometæ varia ratione calamitatum causa esse possunt: hoc casu saltem iræ & vindictæ diuinæ sunt nuntii & signa non minus, quam eiusdem arma & ministri. Atque in plagis publicis maxime valet tritum illud: Calamitas nulla sola. *Jes. XXIX, 6. 7. c. XXX, 30--33. 3 Mos. XXVI, 16--25.* Quamobrem non adeo icuine cometæ maxime terribiles anni 1618. & 1680. bellorum Christiano orbi fatalium prænuntii crediti sunt; bello sacro XXX. annorum priore subsequente, atque posteriorem altero, quod orienti pariter atque occidenti ad pacem Rysuicensem & carolouicensem vsque cruentum fuit maxime. Cometæ tamen, quum tam longe distant, vt ipsorum incendia terrarum orbem nec feriant, nec terreant, calamitates terris non portendere, atque altera ex parte mala multa epidemica sine eiusmodi prænuntiis euenire, lubentes fatemur. Neque enim a sublato antecedente ad tollendum consequens, neque a posito consequente ad ponendum antecedens valere argumentationem, Logica docet.

Cometæ ideo calamitatum signa esse non posse, quia statò tempore redeant; hoc obicere, quid est, nisi fallacia petitionis quæstii? quum posterius adhuc æque sit dubium, ac prius. Conferat, cui placet, ex obseruationibus sæculorum trium atque dimidii, in singulis cometis, perihelii amplitudinem & orbitæ inclinationem ad eclipticam, cum apparitionis periodis: (h) errare sane se animaduertet in Labyrintho, cuius tricis explicandis filum Ariadnæum nondum est repertum.

Planetarum orbitæ & motus, virium centralium (i) libramento certò sibi que bene constante, ita moderantur, vt vires centripetæ, quas exercet materia magnetica, viribus centrifugis, directioni ad radios perpendiculari a primo motore DEO impressis, pro rata parte æquales maneant, temperamento per omnipotentem DEI sapientiam & bonitatem ita constituto. In cometarum motu autem modo vim centripetam, vbi ad solem rapiuntur, modo centrifugam,

(g) Vid. Baile l. c. §. 16. p. 41. not. 10. der Uebersetzung.

(h) Gottsched Gründe der Weltweisheit §. 579. pag. 313.

(i) Wolff. Elem. Mech. cap. XII. §. 428. 19.

fugam, quum ab eodem retro proturbantur, præualere prorsus, quis potest dubitare? unde nec perihelia nec aphelia cometarum ita sibi constare, sed vicissitudine inconstanti per perihelia maxime angusta aphelia amplissima effici, probabile est, ipsorum motu vel ipsa vertigine se maxime concitante.

Itaque errore præcipitatos quosdam fuisse, euentus docuit: e. g. Bernoullium, qui, cometen anni 1680. anno 1719. d. 7. Ianuarii perigæum deſuſo obiturum, prædixit falso; atque P. Nicafium Grammaticum, qui, cometen anni 1707. & 1723. XVII. annorum ſpacio interieſto, anno 1739. menſ. Septembr. in Capricorno iterum appariturum, incaſſum ſibi perſuaſit. (k)

Fac autem cometarum ſingulos ſuas periodos, ſua perihelia, ſua aphelia æqualia ſemper ſeruare, quod rationibus allatis adducti nequaquam concedimus; perigæum tamen, vel eo ipſo, æquali interuallo & eadem ratione non repetent, menſe alio interueniente. Atque ſi vel id quoque locum haberet; & rationi tamen, & reuelationi, conſentaneum eſt teſtimonium de providentia DEI, hæc omnia moderante & gubernante, quod exhibet Gottſchedius in den Gründen der Welt-Weiſheit ſ. 617. p. 336. daß GOTT ſich auch der natürlichſten Dinge bediene, ja vielmehr die Natur ſo eingerichtet habe, daß ſie ihm zu rechter Zeit auch Werkzeuge ſeiner Rache darbietet. Welches allerdings ſeiner Weiſheit und Macht zu deſto größern Ruhme gereichet. Nequaquam enim eiſmodi ſiderum reuolutiones a fati Stoici quadam neceſſitate abſoluta pendent; ſed ab imperio atque arbitrio IEHOVÆ ZEBAOth ſapientiſſimo atque liberrimo. Apoc. XX. 11.

Captioſæ porro quæſtiones, vtrum DEVS eiſmodi ſignis ſuperſtitionem gentium alere voluerit, vt ſimulacris diuinus cultus amplificaretur, atque imaginum cultores in impietate proficerent? in memoriam mihi reuocant Reu. Walchii iudicium in Lex. Philoſ. art. Vorſehung Gottes: Peter Bayle hat ſich auch ſehr verdächtigt gemacht, daß er die Einwürffe wieder die göttliche Vorſehung für ſo wichtig und unauflöslich gehalten. &c. Proh! DEI hominumque fidem! Homini miſero atque per arrogantiam cæco in operibus DEI nihil rectum nihil verum! Nonne eiſmodi temeritas prodit τὸν παλαιὸν ἀνθρώπον; Ephes. IV, 22. criminis humani culpam in DEVM transferentem? mulier iſta, QVAM TV COPVLASTI MECVM: iſta! mihi dedit de hac arbore, vt ederem. I Moſ. III, 12. Ioannes neminiſ fuit coniuua; IESVS coniuuiis interfuit; bene vterque: ſed iniuſtis æſtimatoribus vterque non bene. Matth. XI, 18. 19.

Oſtenta

(k) Hamburg. Berichte von Gelehrten Sachen 1739. No. X. pag. 77.

Ostenta apparent; mala gentibus infliguntur; felicitas populis redit; hominum multitudo idolis, vel Ioui suo optimo maximo, acceptum fert vtrumque: ergone IEHOVAH imperium deponet? ergo nec bona nec mala parabit publica? aut otiosus erit spectator? aut armis suis per deos fictos & commentitios spoliabitur? aut gladium iræ suæ sibi extorqueri patietur? Re vera τὸ μωρὸν τὰ θεῶν σοφώτερον τῶν ἀνηθρώπων ἐστίν. 1 Corinth. I, 25.

Nonne pie colere atque ex animo reuereri fas est IEHOVÆ gloriam & bonitatem immensam, in eo sitam, 2 Mos. XXXIV, 6. vt sit IEHOVAH, IEHOVAH, DEVS misericors & clemens: lento gradu procedens ad vindictam; amplissimus gratia & fide? qui vel in procinctu ad supplicia de criminum maxime detestabilium reis fumenda, atque ad manifestandam potentiam suam supremam, tolerat, sustentar, fouet ἐν πολλῇ μακροθυμίᾳ σκέπη ἀργῆς, h. e. homines profus inutilis, atque nefario profus reatu imbutos & abundantes; donec, spe correctionis atque emendationis omni penitus abiecta, maturi sint ad perniciem. Rom. IX, 22. 1 Mos. XV, 16. Matth. XXIII, 32. sq.

IESVS præsciuit atque prædixit, fore, vt legati ipsius iniuria & cruciatibus quibuscunque adficerentur & necarentur, a Iudæis non minus, quam a gentibus reliquis: neque tamen is erat scopus, cuius causa mitterentur; neque etiam finis SOTEROS nostri sapientissimi ideo est impeditus, vt propter hæc incommoda cessaret. Etenim si a fide quidam aberrarunt: num ipsorum mala fides fidem DEI abolebit? Tantum abest, vt potius DEVS fidus maneat, quamuis in errore versetur omnis homo. Rom. III, 3. 4. sq. 2 Timoth. II, 13.

Neque adeo remotæ fuerunt gentes a veri DEI noticia, vti ab amore & cultu eiusdem alienæ. Quippe γρόντες τὸν θεὸν, ἕχ' ὡς θεὸν ἐδόξωσαν. Rom. I, 21. In additionibus autem atque angustiis DEVM verum exquirere & reuereri didicerunt. Ies. XXVI, 15, 16. Ios. II, 9-11. c. IV, 24. 1 Sam. IV, 8. 2 Reg. XVII, 32-41. Vel ipsi Philistæorum sacerdotes atque harioli, sin minus vera & perfecta pietate erga DEVM verum, ipsius tamen metu saltem, qui gratiæ diuinæ præuenientis & preparantis omnino est remedium pædagogicum, multitudinem imbuerunt, 1 Sam. VI, 6. atque de signo inter se conuenerunt, v. 9. vnde summi NVMINIS prouidentiam a casu fortuito internoscerent. (1)

Quomodo autem DEO curæ cordique fuerit, superstitionem, prodigiorum adspæctum stupefactam, per interpretes suos ad meliorem frugem reducere, videre licet Act. XIV, 11-18. c. XVI, 33. c. XXVIII, 6. Neque negligendæ adeo

C 2

sunt

(1) Conf. Ezech. XXI, 21. 22. Bibl. Ebr. v. 26. 27. it. Jon. I, 6. 7. 9. 10. 14. 16. cap. III, 7-10 Luc. XI, 32.

sunt reuelationes DEI immediatæ, ad Mosis tempora vbique locorum factæ; nec posteritas Abrahami, imperiis terrarum mirum in modum amplificata, 1 Mos. XXV, 1-18. 1 Maccab. XII, 21. immo, quod maximum est, fata gentis Israëlitarum, (m) quorum ope notitia veri DEI & reuelationis veræ etiam atque etiam omnibus gentibus subinde fuit commendata. (n) O! quam vera sunt, quam firma, quæ IESVS dixit. Matth. XI, 19. *καὶ ἰδικαιώθη ἡ Σοφία ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς*. Immo vero almæ ΣΟΦΙΑΣ alumni, ἐν τῷ λογικῷ καὶ ἀδόλω αὐτῆς γάλακτι ἀυξήθέντες, 1 Petr. II, 2. iustam, veracem, bonam omnino matrem atque, magistram suam declarabunt, ἐν ἀπλότητι καὶ ἐλικρινείᾳ Θεῶν, 2 Cor. I, 12. nodum in scirpo non quærentes.

Supereft, vt de coniecturis recentiorum quorundam non nihil exponam, quas adfert follertissimus rerum naturalium inquisitor Gottschedius, in den Gründen der Weltweisheit part. I. S. 585. p. 316. Vielleicht sind die Cometen auch vormahls bewohnt gewesene Planeten; die aber aus wichtigen Ursachen aus ihren alten Laufkreisen getrieben, und in diesen ungewöhnlichen Lauf gebracht worden. Sollte es denkende Wesen auf solchen Weltkörpern geben: so wird gewiß ihr Aufenthalt sehr unangenehm seyn, weil sie bald von der allerunerträglichsten Sonnenhitze gebrannt, bald in die grausamste Kälte versetzt werden: allezeit aber mit Dampf, Nebel und Wolcken umgeben sind. &c.

Fingamus, cometas ab initio fuisse planetas: posito hoc, ipsorum orbitæ, tunc pæne circulares, aut in Zodiaco, pariter atque Planetarum reliquorum orbitæ fuerunt, aut extra binos istos excursionum circulos ambitu suo vltro citroque productæ. Posterius nobis integrum relinquere, si prius locum habere plane non possent. (o) Fac autem, a singulis planetis in systemate solis nostri conspicuis, valere inductionem ad integram planetarum speciem; nec fuisse vnquam, nec esse posse planetas, nisi in signifero reliquis omnibus communi errantes: itaque aut supra aut infra Saturnum circulum suum transessisse, necesse est. Illud per χάσμα immensum, quo sidera fixa sunt remota, locum habere posse, cæli siderumque periti non negabunt: hoc autem vel probabile aliqua ex parte videtur, ratione non prorsus contemnenda. Or-

(m) 1 Reg. IV, 21-24. Esther. VIII, 15-17. Dan. VI, 25-28. Act. II, 9-11.

(n) De qua vnus & supremi DEI notitia inter gentes conf. Selden. de Diis Syris, Proleg. cap. III. p. m. 62. & 72. Syntagm. I. cap. I. p. 204 sq. it. Bayeri additam p. 31. sq. p. 133. sq. Laëtant. de falsa relig. lib. I. cap. V. not. 1. edit. Walchii p. 29. Atque hic valet omnino dictum Petri Act. X, 35. conf. Act. VIII, 27-28.

(o) Seneca Natur. Quæst. lib. VII. cap. XXIII. p. m. 795. Quis vnum stellis limitem ponit? Quis in angustum diuina compellit? Nempe hæc ipsa sidera, quæ sola moueri credis, alios & alios circulos habent. &c. it. cap. XXIV.

Ordinis admirandi atque plane stupendi præstantiam in rebus naturæ minimis pariter atque maximis perspiciens Plato, bene dixit: DEVM perpetuo γεωμετρεῖν; quia pondere, mensura, numero DEVS omnia fecit. Quam excellens ordo atque proportio in corporis humani atque bruti etiam anatome, per subsidia chirurgica, nobis innotescit; tanto ampliorem excellentiam in ordine systematis huius vniuersi deprehendimus. Stupenda omnino sunt ea diuinæ sapientiæ monumenta, quæ in Lunarum siue satellitum Iouis & Saturni motu atque distantia a Planete suo non minus animaduertimus, quam in ipsis planetis singulis; vbi ope obseruationum astronomicarum quadrata temporum periodicorum æqualia & congruentia esse demonstrantur cubis distantiarum a centro orbitalium siue focis ellipsium communi: (p) quin etiam ipsæ distantiarum differentiæ inter se in proportione geometrica, certa eademque ratione, progrediuntur. (q) Ad hæc autem principia si systema planetarium refertur, inter Martem & Iouem hiatus reliquis integro gradu amplior proportionem discretam prodit; vnde coniectura locum habet, ea regione planetam superiorem quandam (fortassis cum satellitibus siue Lunis aliquot) excidisse (r) atque per reuolutionem præternaturalem, virium centralium libramento turbato & interrupto, cometarum terribilem formam induisse.

Causas sane grauissimas adfuisse necesse est, quibus adduci potuerit DEI iustitia sapientissima, vt eiusmodi amplissimum stertium finitorum δικητήριον ab itinere præfixo & præstituto defletere, atque stygiis exustionibus & tenebris penitus deuastari, pateretur. Neque autem desunt rationes vel maximi momenti. Quis enim ignorat, τὰς ἀρχὰς, τὰς ἐξουσίας, τὴς κοσμοκράτορας τῆς σκότους τῆς αἰῶνος τῆς, τὰ πνευματικά τῆς πονηρίας ἐν ταῖς ἐπιθραυοῖς.
C 3 Eph.

- (p) Newton. Princip. Phil. nat. Halley Transaction. Philos. Grauesande Phys. Elem. mathem. siue Introd. ad Philos. Newton. Der Berlinische Astronomische Calendar vom Jahr 1737. und 1738. part. 2.
- (q) Satellites Iouis quatuor, a, b, c, d. distant ab hoc planete a = VII. porro b = 7†5 = XII. tum c = 27†11 = XVIII. postremo d = 7†25 = XXXII. In hoc casu tres dictæ differentiæ 5:11:25. ita sunt comparatæ, vt iter 5 & 25, tamquam terminos extremos, terminus 11. sit medius proportionalis. Satellites Saturni quinque, a, b, c, d, e, distant a principe suo: a = XXX. †4. = b = XXXIV. †16. = c = L. †64. = d = CXIV. †256. = e = CCCLXX. Hoc loco differentiæ, 4:16:64:256. iterum procedunt proportione geometrica continua.
- (r) A sole distat Mercur. partes IV. Venus VII = 4†3. Terra X = 4†6. Mars XVI = 4†12. (Sicut C. Phaethon, qui magnis excidit ausis, XXVIII = 4†24.) Iupiter LII = 4†48. Saturnus C = 4†96. vbi termini 3:6:12:24:48:96. similiter per exponentem 2 in proportione geometrica procedunt.

Eph. VI, 12. τὸν ἀρχοντα τῆς ἐξουσίας τῆ ἀέρος, τὸ πνεῦμα τὸ νῦν ἐνεργῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς τῆς ἀπειθείας Eph. II, 2. ἐν τῇ ἀληθείᾳ ἔχ ἐσηκνεία. Joh. VIII, 44. Porro testis est scriptura, quod DEVS angelos, qui suum principatum non retinuerunt, sed suum domicilium deseruerunt, ad magni diei iudicium, æternis vinculis sub tenebris captiuos tenet. Ep. Iudæ v. 6. DEVS enim angelis, qui peccauerunt, non pepercit: quin eos, in tartarearum tenebrarum catenas præcipitatos, coniecit ad iudicium custodiendos.

Maximam præterea regni naturæ & gratiæ harmoniam sacre pandeætæ per phænomena eminentiora Auroræ, Solis, Lunæ atque astrorum explicant. Cantic. VI, 9. (10.) Apoc. XII, 1. In vtraque diuina œconomia generatim omnia bona a gratia DEI, mala autem a diaboli fraude ortum trahunt, nominatim in vtraque sunt ἀσέρες πλανῆται, οἷς ὁ ζόφος τῆ σκότους εἰς τὸν αἰῶνα τετήρηται. Ep. Iudæ v. 13. Stellæ (gen. sup.) planetæ (gen. prox.) caligine Cimmeriis tenebris tetriore stipatæ, (spec. inf.) sunt diræ istæ cometarum faces, τὸ τρίτον τῶν ἀσέρων τῆ ἔρανῃ constituentes, Apoc. XII, 4. adeoque istæ stellæ caudatæ ex vtraque parte, in œconomia naturali & morali, Draconis illius Magni, Serpentis Atchæi, Diaboli & Satanæ fraude cælo deturbatæ videntur. ibid. v. 9. & v. 4.

Quo etiam pertinet effectum τοῦ ΛΟΓΟΥ, Luc. X, 17. 18. ipsius prouidentia Satanam ὡς ἀσραπὴν cælo præcipitatum esse; vbi εαυτὸν κενώσας Philipp. II, 7. & gloriam attribuens PATRI suo, sibi vero eandem non sumens, Ioh. VIII, 49. 50. hanc prouidentiam innuit voce ἐβέβησεν, ὅτι πάντα δι' αὐτῆς ἐγένετο· καὶ χωρὶς αὐτῆς ἐγένετο ἄλλ' ἐν, ὃ γέγονεν. Ioh. I, 3. atque ipse fuit Michael ille imperator exercituum, Apoc. XII, 7. ἢ α λῦση τὰ ἔργα τῆ Διαβόλης. 1 Ioh. III, 8. ὑποταγέντων αὐτῷ ἀγγέλων καὶ ἐξουσιῶν καὶ δυνάμεων. 1 Petr. III, 22. cuius prouidentia IESV DOMINI effectum gloriosum illi LXX. experti, gaudio solido exultantes prædicabant, l. c. Luc. X, 17. DOMINE, vel dæmones etiam subiecti sunt nobis per nomen tuum.

Immo hic omnino re ipsa vere factum est, quod parabolice ob similitudinem aliquam ad regem Babylonium accommodatur. Ier. XIII, 12. sq. *Eia! deturbatus es cælo, o planeta s. cometa luride: (s) turbine violento pessum ab-*

(s) ללה est a radice ללה insaniuit. Pf. V, 6. LXXIII, 3. LXXX, 5. epertherico ob grauiorem pronuntiationem inserto; quod produunt voces cognatæ הללהל & תלהלל atque הללהל stultitia, error furibundus, harmon. פולחית. Qua ratione ללה est synonymum vocis כסיל plur. כסילים, Planetæ Ier. XIII, 10. quia hoc vocabulum pariter Hebræis notat leuem, temerarium; quæ notio proxime accedit ad eam πλανῆν, vnde Græci has stellas vagas & errabundas denominarunt. Vitringa ad h. l.

abriperis; destitutus imperio copiarum. Tu enim præsumferas animo tuo, caelum superabo; super sidera DEI! extollam thronum meum: atque imperabo in suprema solemnitate; (τ) per plagas Septentrionis. (ρ) Euolabo! super excelsa nubium: æqualem me geram! NVMINI SVMMO. Verum enim vero in voraginem deturbaris! ad partes infimæ fortis. (misericordia grauiſſimæ.) Psalm XL, 3. LXXXVIII. 1. Thren. III, 53.

Quid? quod inter gentes etiam reuelationem sacrarum litterarum negligentes, οἱ τινας μετήλλαξαν τὴν ἀλήθειαν τῶ θεῶ ἐν τῷ ψεύδει, Rom. I, 25. factum insigne per se verum, mutato nomine memoriæ traditum est, mythologorum fabulis, de Phaëthonte, solis filio, solis imperium sibi fumentate atque omnia turbante, suo ipsius & terrarum orbis damno. Quod idem latet in fabula de Typhone, qui fuisset filius Tartari, (ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, 2 Theſſal. II, 3.) capite inter sidera eminente, collo draconibus stipato, oculis ardentibus, faucibus flammam eructantibus, pinnis & volatu horribili, barba proluxa, impexa & squalida, voce lusciniæ suauiore atque leonis rugitu terribiliore; qui Iouem ipsum caelo deturbare ausus, eiusdem tamen fulmine deiectus, stygiis flammis exureretur: qui esset damno mortalibus (w) & pater turbinum (x) ἀνέμων τυφωμάτων. Actor. XXVII, 14.

Neque adeo improabilis est B. Dannhaueri, Theologi incomparabilis, coniectura; (y) flammam rhomphææ istius vibrantis, qua primi mortalium parentes ab ambrosio fructu arcebantur, I Mos. III, 24. fuisse cometen illum maxime terribilem, diluuii istius vniuersalis postea prænuntium, quinimmo causam administratam: vid. supr. not. (a). p. 16. לַח הַחַר הַמְחַפְּזָה grammaticæ & sensu proprio omnino innuit flammam rhomphææ istius vibrantis, h. e. phænomenon quoddam ignitum, radiorum euibratione adeo eminens, vt antiquitati, traditionum non ignare, per n emphaticum satis distincte posset in memoriam

h. l. Deriuatur alias a שׁי, ciulauit, vnde שׁי & שׁי ciulatus, שׁי, vā! Heulen und Hölle. שׁי - שׁי idiosifm. L. S. notat qualitatem subiecti, ad cuius determinationem adhibetur, sc. colorem fuscum & subrubicundum, qui in diluculo medius est inter lucem & caliginem: qualis in cometis lugubre rubentibus plerumque obseruatur, & regi Babylonio funesti ominis causa attribuitur: atque ratione temporis etiam cometa in crepusculo maxime conspicui fieri solent.

(τ) Psalm. III, 5. XV, 1. XCIX, 9. CXXI, 1. Jobi I, 6. II, 1.

(ρ) Poli, vbi occulta ratione & prouidentia incomprehensa orbis cardo vertitur. Magnum quod nuncupabatur templum Iouis alticonantis.

(w) Homer. Hymn. in Apoll.

(x) Hesiod. deor. gen. v. 869-888.

(y) Dissert. de fato flagelli Turcici, fatigue luce.

riam reuocari. Quid autem appellationi huic est accommodatius, quam Græcorum *ξίφιας*, cometes ensiformis, a *ξίφος*, gladius. (z)

Immo quid in vniuersa rerum natura, diris ab omnipotente execrato agro non minus, quam aëri, hominumque spiritui, potuit esse grauius & pestilentius, quam cometarum effectus præternaturales, quos supra not. (a) - - (g) descripsimus. Quum enim iudicaretur *ὁ ἀρχὼν τῆ κόσμου τῆτα*. Ioh. XVI, 11. Ephes. VI, 12. Ep. Iudæ v. 6. 2 Petr. II, 4. complices delicti quoque poenæ participes iure facti sunt; vt terrarum orbis, iam *ἐπιπαράρατος*, stygii cometarum ignis ardente veneno vna cum incolis suis tabesceret. 1 Mos. III, 17-19. Nec alia *Pandoræ pyxide* (aa) ad inflammandum laborum molestiarumque fomitem, tristemque mortem cum adlicita senectute adferendam, ex parte naturæ rerum opus fuisse videtur.

De Whistonii (bb) hypothesi, vi cuius ad explicandam commode veritatem atque rationem æternæ damnationis impiorum assumit, tellurem die extremo in cometen commutatam iri, in vtramque partem disputare super sedeo: libertate iudicandi lectori integra relicta, vtrum in ista hypothesi requisita ad veritatem aut probabilitatem sufficientia adsint, nec ne; quando ad dictum Pauli prouocatur, 1 Thess. IV, 17. quod cum electis a morte resuscitatis nos pii viuentes & superstites simul auferendi sumus in occursum DOMINI, in aëra, vt hac ratione semper cum DOMINO maneamus. Ebr. VI, 20. Act. I, 9. 2 Reg. II, 11. vbi est ea DEXTERA, Ebr. VIII, 1. Act. II, 34. Ephes. I, 20. Col. III, 1. 1 Petr. III, 22. Ebr. I, 3. 1 Thess. IV, 16. Joh. XII, 26. c. XIV, 3. ad quam CHRISTVS pios eleuabit. Matth. XXV, 33. vbi non opus est Solis & Lunæ splendore, Apoc. XXI, 23. c. XXII, 5. impiis solis in terrarum orbe relictis & stygio igni deuotis: terra itaque nutu DOMINI in fugam concitanda (turbato sc. virium centralium libramento) vt locus certus eidem non amplius sit superfuturus, Apoc. XX, 11. re vera erit orcus, & sedes damnatorum, *ὁ θάνατος, καὶ ὁ ἄδης*, stygiis ignibus comburendus, v. 14. quo ipso improbi euicentur in caliginem extremam eiulatu & stridore dentium miserabilem. Matth. VIII, 12. c. XXII; 13. c. XXV, 30. Qua ratione telluri, in isto statu, definitio cometæ sane competeret, quum futura sit stella errans sine æquali sibique constante virium centralium libramento, ergo & definitum; sc. terra re vera fieret cometes, adeoque omnibus cometarum attributis obnoxia (cc) & lamentabile damnatorum *ὀκητήριον*. Hac

(z) Plin. Hist. Nat. II, 25.

(aa) Hesiod. Op. & D. 80-97.

(bb) Wilhelm Withon new Theory of the Earth, f. noua telluris theoria.

(cc) Supra not. (tt) - - (zz)

Hac in caussa, inquam, optimum omnino videtur τὸ ἐπέχειν, atque supremæ potentia & sapientia integrum relinquere, quod scire nostrum non est. Actor, I, 7. Non tamen possumus calculum non adiciere sententia Gottschedii perspicacissimi, adhibita omni cautione prolata, in den Gründen der Weltweisheit, §. 618. pag. 336. Wir unterwerfen diese Muthmassungen der fernern Untersuchung der Verständigen. Zum wenigsten ist die Absicht des Verfassers nicht zu tadeln, die er in dem ganzen Buche gehabt, nemlich den Religions-Spöttern zu zeigen, daß die Lehre der Schrift vom Ursprunge der Welt, der Sündfluth und der letzten Verbrennung der Erdkugel, der Vernunft, Weltweisheit und neuern Astronomie ganz gemäß sey. (ee)

Vfus denique meditationis huius erit amplissimus & præstantissimus, si NVMINIS OPTIMI MAXIMI opera tanta & iudicia prorsus stupenda animo demisso, μετὰ αἰδῶς καὶ εὐλαβείας, ita miramur, vt acquiramus αἰδητήρια γεγενησάμενα, ipsa experientia docti, quid sit μεγαλύνειν τὸν κύριον, atque immensa ipsius sapientia, potentia, bonitatis, μακροθυμίας, iustitia & veracitatis monumenta incomprehensa agnoscere & venerari. Felices, immo beati ter & amplius, qui empæctarum cauillationibus non decipiuntur, bene memores vaticinationis Apostoli, 2 Petr. III, 3. sq. sed verbo veritatis fidem habent: quod præsens cælum & terra certissime reposita atque reseruata sunt stygiis exustionibus, ad diem iudicii & exitii impiorum hominum. v. 7--13. eaque ipsa exspectatione solliciti operam omnem nauabunt, vt ἄσπιλοι καὶ ἀμώμητοι, immaculati & inculpati coram DOMINO seruentur in pace, v. 14. Phil. I, 10. 1 Thess. III, 12. 13. c. V, 23. 24.

Ipse vero DEVS pacis nos sanctos reddat atque ὁλοτελεῖς, (in sanctitatis studio fideique exercitatione omnibus numeris absolutos!) καὶ ὁλόκληρον ἡμῶν, (integrum illud, quantum boni cuiusque per naturam & gratiam nobis datum est, (ff)) spiritus atque anima & corpus sine crimine in aduentum DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI conferuentur, 2 Cor. VII, 1. Vt caueamus, ne obruantur animi nostri vel crapula, vel ebrietate, aut curis ad opes augendas intentis, aut alia quauis praua libibine & effrenata cupiditate, atque etiam vigilemus, omni tempore orantes, vt nobis ista omnia euentura effugere liceat, & coram isto humani generis vniuersi iudice consistere, tamquam victores, absoluta caussa; Luc. XXI, 34-36. per ipsum IESVM CHRISTVM, DOMINVM nostrum.

D Porro

(ee) Conf. Leipziger neue Zeitungen von gelehrten Sachen 1740. No. LXXIX. pag. 697. sq.
 (ff) 1 Thessal. V, 23. Le DIEU de paix nous sanctifie luy-même, & nous rende parfaits en tout, afin que tout ce qui est en nous, l'esprit, l'ame & le corps se conferuent sans tâche, pour l'aduenement de Nostre Seigneur IESVS CHRIST.

Porro DEVM demisse veneramus, vt conatus nostros in hac quoque iuuentutis scholasticæ pia & necessaria exercitatione secundet, & felicem successum diuinitus largiatur: quo lætos fructus ex semine sapientiæ abunde spargendo ab omni parte capiamus.

Tandem MÆCENATES atque PATRONOS AMPLISSIMOS & SPECTATISSIMOS, LYCEIQVE & LITTERARVM FAVTORES singulos, qua decet obseruantia & humanitate, rogamus, vt actum nostrum honorifica frequentia beneuole decorare velint, atque boni cuncta consulere.

Ordnung derer Auftritte und Abhandlungen am 27. Novembr.

1. Der Prologus, Johann Christian Herzlieb, aus Loburg, handelt von dem Inhalt und Zweck des gegenwärtigen Actus, und bittet denen folgenden ein geneigtes Gehör aus, Teutsch.

Die erste Abtheilung.

Von denen Spuren der göttlichen Majestät und Gültigkeit an dem Erdboden.

2. Johann Carl Köttler, aus Rathenow, Carl Friedrich Moys, aus Porsdam und Johann Peter Piersch, aus Brandenburg, besprechen sich über die Meinungen der Alten, von der Gestalt der Erden, und über die gewöhnlichsten Scrupel, welche gegen die runde Figur der Erden gemacht werden, Teutsch.
3. Herr Ernst Reinhard von Schweinichen, Eqv. Siles. behauptet in einer Franksfischen Rede, daß die Erde eine kugelförmige oder vielmehr spheroidische Rundung hat, welche unter beyden Polen flach gedrückt ist.
4. David Kötz, aus Wilsnack, betrachtet in teutschen Versen dieser runden Gestalt ihren Grund, Absicht und Nutzen.

Herr

5. Herr Johann Ludwig von Schorlemmer, Equ. Palæo-March.
Johann Friedrich Bärcke, aus Brandenburg,
Christoph Friedrich Schneeberg, aus Falkenrehde, und
Johann Friedrich Reinicke, aus Halberstadt, erörtern in einem teut-
schen Gespräch die Einwürfe dererjenigen, welche keine Antipodes sta-
tuiren.
6. Friedrich Wilhelm Schrader, aus Barnewitz, wiederleget diese
Einwürfe in einer teutschen Rede.
7. Martin Friedrich Bernd, aus Rathenow, und
Johann Ferdinand Hüpschmann, aus Schwanebeck in Sachsen,
überlegen in einem teutschen Gespräch, wie GOTT der HERR
denen Ländern und Meeren ihre Dexter nach allweisen Absichten ange-
wiesen hat.
8. Johann Christoph Derling, aus Lindow in Pommern, thut in
lateinischen Versen einen Vortrag über die innere Theile und Be-
schaffenheit des Erdbodens oder das so genannte Stein-Reich.
9. Friedrich Georg Wilhelm Zövel, aus Ribbeck in der Mittelmark,
handelt in einer teutschen Ode von denen wunderbaren Spuren der
göttlichen Weisheit, Macht und Güte in denen Pflanzen und Ge-
wächsen.
10. Matthias Christoph Grell, aus Rothenburg, führet die Betrach-
tung in einer teutschen Rede auf die Thiere und Menschen, und ladet
das ansehnliche Auditorium auf den folgenden Tag wieder ein.

Die andere Abtheilung auf den 28. Novembr.

11. Johann Gottfried Ferchland, aus Burg, hält eine teutsche Rede
von der Weitläufigkeit des Weltgebäudes und der Größe, Pracht,
Bewegung und Ordnung der Welt-Cörper überhaupt, wie daraus
die Herrlichkeit des Schöpfers allenthalben hervorleuchtet.
12. Georg Friedrich Morß, aus Potsdam,
Andreas Friedrich Clemen, aus Belzig, und
Samuel Zövel, aus Brandenburg, besprechen sich darüber, ob die
Sonne oder die Erde als ein Planet herumlaufe, und welcher von
beyden die mittelfte Stelle unsrer Welt einzuräumen sey, Teutsch.
13. Carl Friedrich Bärcke, aus Brandenburg, preiset das Alterthum
und die Richtigkeit des Copernicanischen Systematis, Lateinisch.

14. **Georg Christian Fröhner**, aus Burg,
Johann Jacob Köppen, aus Magdeburg, und
Johann Cristian Fortram, aus Brandenburg, werfen in einer kur-
zen teutschen Unterredung dawieder einige Scrupel auf.
15. **Herr Hans Georg von Dresty**, Eqv. Siles. beantwortet dieselben in
einer teutschen Rede.
16. **Christian Volgenau**, aus Stendal, beschäftigt sich mit einer Be-
trachtung der Sonne, in teutschen Versen.
17. **Andreas Päger**, aus Canin in der Mittelmark, und
Friedrich Ludwig Sigismund Schale, aus Brandenburg, unter-
reden sich von denen Planeten, Teutsch.
18. **Johann Andreas Schermbeck**, aus Bayendorff im Magdeburgi-
schen, hält eine Französische Rede, von der Hypothese, daß alle Fix-
Sterne Sonnen sind, deren jede ein besonders Planetarisches Systema
erleuchtet, alle diese Welt-Cörper aber mit Creaturen besetzt sind.
19. **Georg Michael Behrens**, aus Halle, redet von denen Cometen und
vom Jüngsten Gericht, in teutschen Versen.
20. Der Epilogus, **Johann Christian Bätke**, aus Brandenburg,
dancket dem höchsten GOTT für die Gnade, daß unsers Allertheu-
resten Königs Majestät von dem in Schlesien glücklich geendigten
Feldzug mit Siegen und Freuden, zum Trost des ganzen Landes, in
Dero Königlich Residence wieder angelanget sind.

Schluß-Music.

Chor. I. Nun dancket alle GOTT, der grosse Dinge thut an allen
Enden; der uns von Mutterleibe an lebendig erhält, und thut
uns alles guts.


Chor. II. So kommet vor sein Angesicht mit Jauchzen-vollem Springen.


Chor. I. Nun dancket alle GOTT, der grosse Dinge thut an allen &c.

Chor. II. Bezahlet die gelobte Pflicht, und laßt uns fröhlich singen.

Chor. I. Er gebe uns ein fröhligs Hertz, und verleibe immerdar Friede
zu unsrer Zeit in Israel, und daß seine Gnade stets bey uns
bleibe, und erlöse uns, so lange wir leben.

Beide Chöre: GOTT hat es alles wohl bedacht, und alles, alles recht
gemacht! Gebt unserm GOTT die Ehre.





01 A 6594

ULB Halle 3
002 933 268




SB

k







28
**IEHOVÆ
MAIESTAS ET BONITAS
SVMMA,**

TELLVRIS NOSTRÆ ATQVE SYSTEMATIS
HVIVS VNIVERSI PIA ET SOLLERTI
CONTEMPLATIONE
AMPLIFICANDA ET VENERANDA;

ACTV ORATORIO,
A LYCEI NEO-BRANDEBVRGENSIS
CIVIBVS ALIQVOT,

A. O. R. MDCCXXXI.
DIE XXVII. ET XXVIII. NOVEMBR.
A MERIDIE HORA II.
DEO IUVANTE ILLVSTRABITVR.

AD QVORVM DECLAMATIONES ET COLLOCVTIONES
BENEVOLE AVDIENDAS

MÆCENATES ET PATRONOS
AMPLISSIMOS ET SPECTATISSIMOS,
LYCEIQVE ET LITTERARVM FAVTORES
SINGVLOS,

PRÆMISSA COMMENTATIONE
DE COMETIS,

EA, QVA PAR EST, OBSERVANTIA
INVITAT

DANIEL FINCKIVS, BRANDEBVRGENSIS,
LYCEI PATRII RECTOR ET BIBLIOTHECARIVS.

BRANDEBURGI, apud IOH. ERNEST. WOHLFELD. Bibliopol.